Fragmentarium

& abba uocetur: non sua assūptione sed honore
& amore xpi; Ipse autē cogitet & sic se exhi
beat. ut dignus sit tali honore; Ubicūq; autē
sibi obuiant fratres. iunior a priore benedictio
nē petat; Transeunte maiore minor surgat.
& det ei locū sedendi; Nec psumat iunior consedere nisi
ei pcipiat senior suus. ut fiat qđ scriptū est; Honore
inuicē puenientes; Pueri parui ut adolescentes in
oratorio ut ad mensas cū disciplina ordines suos con
sequantur; Foris autē ut ubi ubi custodiā habeant
& disciplinā usque dū ad intellegibilē etatē pueniant;

DE ORDINANDO ABBATE ;

In abbatis ordinatione. illa sēp consideretur ratio:
ut hic constituatur quē sibi omnis concors congregatio
scdm timorē di. siue etiā pars quamuis parua congregati
onis saniori consilio elegerit; Uitae autē merito & sapien
tię doctrina eligatur qui ordinandus est. etiā si ulti
mus fuerit in ordine congregationis; Quod si etiā omnis
congregatio uitiis suis qđ quidē absit consentien
tē psonā pari consilio elegerit & uitia ipsa aliqua
tenus in noticiā epi ad cuius diocesim ptinet locus ipse.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.8, 36r – Regula Benedicti
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-iman/5127/49002)